

I V S T I L I P S I T
A N T I Q V A R V M
L E C T I O N V M
C O M M E N T A R I V S,

Tributus in libros quinque; in quibus varia
scriptorum loca , Plauti præcipue , illu-
strantur autemendantur.



A N T V E R P I A E,
Ex Officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. L X X V.

S Y M M A P R I V I L E G I T.

R E G I A E Maiestatis priuilegio cautum est, ne quis *Justi Lipsij Antiquarum Lectionum comm. &c.* citra Christophori Plantini Architypographi Regij voluntatem, ad decem annos, vel coniunctim vel separatim imprimat, vel alibi impressa importet, distrahat, venaliāve habeat per omnes eius ditionis fines, sub pœna confiscationis, & graui mulcta: ut latius patet in litteris datis Bruxellæ penultima Novembris Anno 1574.

Signat.

J. de Witte.

AD AMPLISSIMUM
ET NOBILISSIMUM
VIRVM D. THOMAM
REDINGERVM.

MITTO ad te, nobilissime Redingere, priorem hunc Comimentarium meum, debitum vel priuatæ amicitiæ nostræ, vel publicæ tuæ in litteratos benignitati. Leue munus, si id ab opinione vulgi spectabis: non leue, si vel à labore meo, vel à iudiciis paucorum. Quinque enim libri sunt, in quib[us] optimorum scriptorum varia loca partim sanavi, partim illustravi, quædam diuinans, pleraque adiutus à libris, quorum alterum ingenij est, alterum diligentiarum, & utrumque iudicij. Quid effecetim, tu imprimis, & à te alij iudicabunt: effecissem quidem certè (deprecor numina læua quod fidenter

A 2 hoc

IVSTI LIPSII
ANTIQVAR. LECTION.
LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

In Planti Amphitruone antiquam vocem reponendam videri.

10  PLAVT O sit initium : cuius insignitum locum Amphitruonis Prologo, arbitratio iure constituam. Quod enim vulgo legitur,

Sine adeo adiles perfidiosè cui duint,

15 *Similem rem ipse in legem esse iussit Iupiter
Quasi magistratum sibi alterius ambinerint.*

me iudice adulterinum est pro germana & antiqua voce, *Sirempse in lege iussit e. i.* Siremps veteribus Ro. solenne in legibus scribendis verbum, valet Si-
20 milis aut Eadem. Meminit Festus , idque interpre-
tatur Similis res ipsa, producto exemplo Catonis. Charisius litterator dupliciter tantum infleti ait,
nominandi casu Siremps , & auferendi , ab hac Si-
remps. In monumentis antiquis etiam hodie legi-

25 tur, D E . E O , A G R O , S I R E M P S , L E X . E S T O . &
in alio, S I R E M P S Q V E , E I S . V I A T O R I B V S .
D E . Q V E . E I S . V I A T O R I B V S . Q . O M N I V M .
R E R V M . I V V S . L E X . Q V E . E S T O . Q V A S I . S E I .
E I . V I A T O R E S . &c: Arbitror igitur Plautum au-
30 ferendi casu scriptissime , *Sirempse in lege esse* , id est,
simili in lege esse , & perinde teneti: imperitos autem
exscriptores diuulsa voce fecisse , *Si rem pse* , ac mox
pro captu suo illud , *Si* , in *Similem vertisse* . Eius ar-
gumen-